

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Strabonis Geographicorvm [geographicorum] Lib. XVII

Strabo

Basileae, 1539

Argumentum quarti libri.

urn:nbn:de:bsz:31-67095

bitur. Cum illo enim lacus aqua, impellentibus uentis extruditur. De arbore quoque Gadibus existente scriptis prodidit, quæ ramos humi usque incuruatos habeat, frondes sapissime mucronis speciem gestantes, quarum ad cubitum longitudo est, latitudo uero digitorum quatuor. Circa nouam Carthaginem arborem esse, quæ de spina corticem emittat, ex quo telæ pulcherrimæ conficiantur. Huic quidem Gaditanæ, nos in Ægypto, in ipsa ramorum curuatura similem perpleximus, cæterum fronde dissimilem, ac infructuosam. Hanc autem fructum ferre dicit. In Cappadocia quoque spinis collecta texuntur. Arbor autem nulla spinas affert, e quibus cortex extet, uerum humi serpens herba. Gaditanæ uero arbori & illud innatum esse traditur, quod uno fracto ramo lac effluit, quod si radicem abscideris, minij humor exudat. De Gadibus hæcenus. Cassiterides autem in insulæ decem numero sunt inter se propinquæ, ad aquilonem iacentes, in pelagus expositæ ab Artabrorum portu. Earum una deserta est, reliquas habitant homines colore fusco, talares induentes tunicas, cingula pectoribus gestantes, cum baculis deambulant, tragicarum perquam similes furiarum. Victus illis ut plurimum ex armentis nomadicis, id est ritu pastorali. Stanni ac plumbi metalla, id est occultas sub terra uenas habent, pro quibus simul & pro pellibus tegulas permutant, & sales cum negotiatoribus, nec minus ærea uasa. Hanc negotiandi uiam soli antea Phœnices e Gadibus missi aggrediebantur, cum interim cursum istum cunctos mortales ipsi celarent. At enim Romani ut emporia illa noscitant, quendam consecrati sunt nauclerum, qui per inuidiam sponte limosos in locos illis nauis, eandem in cladem sectatores inducens, ab naufragio euasit incolumis. Quo ex facto amissi oneris pretium, publice restitutum accepit. Romani tamen facientes crebro periculum, cursum illum nauigatione frequenti perdidicere. Post uero quam P. Crassus aduersus eos transmissus, metalla paruæ altitudinis effossa cognouit, & mortales ipsos pacis studio, maritimis omnino dedito actionibus, hanc optantibus industriam aperuit, licet amplius hoc ipsum mare sit, quam quod inter Britanniam interiaret insulam.

De Hispania quidem, & de adia
centibus insulis hæcenus.

ARGUMENTVM QVARTI LIBRI.

Quarto libro Gallie continetur descriptio, hoc est quicquid intra Alpes Pyrenæosque & utrunque mare atque Rhenum complectitur. Obiter Britannia quoque & alie aliquot in mari propinquæ insulæ, moresque & ritus omnium explicantur.



uariata. Rerum pul
ce. Aquitanos & C
nus mons distermi
la terminare dicunt
num. Abortu R
stat. Ab aquilone &
nes in choans ocea
tern se est ac Narbo
que ad Rheni font
ita perducitur, &
nus. Aquitanos
& Cemma ha
obas qui ad alter
apes Alpium alic
mano confines u
colas. Sic nanque
cesar Augustus q
linit, Aquitano
es, ex ijs quæ inte
ter partiuit, unar
plagam, alteram u
mcta sunt, orbis
ribones, & quicquid
blia, temporibus
morasse satis est. I
ex parte fluius spa
clerantur, nonn
Loca uero per qu
tura, fluentisque n
lese amnes habent,
terre tris itineris sp